

CLAVDIUS CIVILIS BATAVV^S GERMANORVM DVX.

Claudius ille fortitudine & rerum gestarum gloria apud Germanos magni nominis extitit, Anno post Christum natum septuagesimo, cum Vitellius Romanum imperium inuaserat. Is suis author fuit, ut à Romanis deficerent, & se in libertatem affererent. armorū socios habuit Bren nonem Selandum, Iulium Sabinum Lingonem, & Tullum Valentiniū Treuirensē. Itaque primō Prætoriam triremem in Rheno existentem, Romanis ademerunt. Postea Coloniam Agrippinam ad Germaniam receperunt, & Romanos ibi dem trucidarunt. Inde Moguntiacum obfessum fuit. eo occupato Romanæ legiones, quæ ibidem excubabant, cælæ sunt. Ea cæde perpetrata Civilis belli dux propexum rutilatum cę̄s crinem depositus: & molem à Druso factam disiecit. Deinde etiam Bathauiam insulam, exclusis Romanis, Germaniæ reddidit, & plurima fortia facta perpetrauit, ita ut Romanis magno ubique terrori esset. Donec tandem Vespasianus Cesar superueniens, cū eo pacem restaurarit. Auent. li.2. Tacit.

